

cennovium dupliciter numeratur, ut Appiae lapis XLIV item sit decennovii I, Appiae LXII decennovii XIX postremusque. Inveniuntur numeri hi secundarii, ut mittamus n. 6831 aetatis incertae, in miliario uno (n. 6838) aetatis liberae rei publicae tribusque (n. 6833. 6835. 6839) Traiani. In his imperator disertis verbis ait decennovium se stravisse; id enim significari nota XVIII olim docuit Fabrettius de col. Trai. p. 291. Pars haec est Appiae ea, qua Augusti certe et Tiberii aetate navibus magis iter faciebant quam terra. Strabo 5, 3, 6 p. 233: πλῆστον δὲ τῆς Ταρρακίνης, inquit, βαδίζοντι ἐπὶ τῆς Ρώμης παραβέβληται τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππία διῶροξ ἐπὶ πολλοὺς τόπους πληρομένη τοῖς ἐλαίοις τε καὶ τοῖς ποταμίοις ὕδασι· πλεῖται δὲ μάλιστα μὲν νόκτωρ, ὥστ' ἐμβάντας ἀφ' ἐσπέρας ἐκβαίνειν πρωίας καὶ βαδίζειν τὸ λοιπὸν τῇ ὁδῷ, ἀλλὰ καὶ μεθ' ἡμέραν· ῥυμουλκεῖ δ' ἡμίονον, et plane cum eo conveniens Horatius (sat. 1, 3) a Foro Appi differto nautis navi iter facit noctu ad Feroniam, ubi descendens post m. p. III Tarracinam advenit. Ei navi-

gationi incommodae et longae Traianus substituit vehiculationem palude silice strata (Dio 68, 15 ad a. 107: τὰ τε ἔλη τὰ Πόντινα ὁδοποίησε λίθῳ καὶ τὰς ὁδοὺς παροικοδομήσας καὶ γεφύραις μεγαλοπρεπεστάταις ἐξεποίησε, cf. Galenus method. med. 9, 8 vol. 10 p. 633 Kuehn: ἀπάσας τὰς ἐπὶ τῆς Ἰταλίας ὁδοὺς ὁ Τραϊανὸς . . ἐπηγωνθῶσατο, τὰ μὲν ὄγρὰ καὶ πηλώδη μέρη λιθοῖς στρωννὸς ἢ ὑψηλοῖς ἐξείρων χώμασιν cet.). Posteriore aetate non solum iter deperit, sed universum tractum cum stagnum occupasset, decennovii vocabulum ad id translatum est, sicut testantur loci quos ad n. 6847 composuimus.

II. Numeratio secundaria diversa apparet in n. 6851. 6852, qui cippi cum sint viae primariae LXXI, item quarti esse dicuntur. Ea unde veniat, explicat ipse lapis prior, narrans Antoninum Severi filium a. 216 Appiam viam per milia XXI silice novo stravisse, scilicet ita, ut viae Appiae lapis LXVIII primus esset viae refectae, LXXXVIII Appiae refectae XXI postremusque.

Mansionum Appiae in itinerariis recensum supra dedimus p. 59.

ab urbe ad nonum m. p. VIII

6812. 6813 Romae in columna porticus dom. Maximi CENN.; in domibus (Dominici ins. MAGL., Petri PEVT. 526) de Maximis apud campum Florae IVC.; in ante aedes Maximi Lelli in duabus columnis VALLIC. In domo Colotii secretarii apostolici sive in eius hortulo ad aquam Virginem MAZOCH. Parione CITTAD. (Vat. 180). Una sorte di rotondo termine come una colonna posto davanti al tempio di Saturno nel foro magno . . . ivi trovato et portato in una casa privata ch' è circa alla parte di dietro della chiesa di Sant' Agnese in Pescaria LIGORIVS 3, priorem certe partem narrationis commentus propter miliarium aureum, cuius causa citat. Iam est in scalis Capitolinis ab ea parte, ubi est domus Caffarella superposita cippo vol. VI n. 967a a viatoribus posito Hadriano; subscriptum est: 'S. P. Q. R. columnam milliariam primi ab urbe lapidis indicem ab imp. Vespasiano et Nerva restitutam de ruinis suburbanis viae Appiae in Capitolium transtulit anno MDLXXXIV' (inde 'in Capitolio primus lapis e via Appia CITTAD. Vat. 444; item 'de ruinis suburbanis viae Appiae translata in Capitolium' ALOSTANVS). 'Rep. in via Appia duobus m. p. a foro, in Capitolio in balaustra supra adscensum ex urbe a. 1692 collocata', REVILLAS p. 75.

I

6812 IMP · CAESAR
VESPASIANS · AVG
PONTIF · MAXIM
5 TRIB · POTESTAT · VII
IMP · XVII · P · P · CENSOR
COS · VII · DESIGN · VIII p. C. 76

6813 IMP · NERVA · CAESAR
AVGVSTVS · PONTIFEX
10 MAXIMVS · TRIBVNICIA p. C. 97
POTESTATE · COS · III · PAT
PATRIAE · REFECIT

Recognovit Dressel telescopio usus. Cenninus f. 9 (solam Nervae); Iucundus cod. Ver. f. 37 (inde Sanutus cod. Ver. f. 13; Panvinus cod. Vat. 6035 f. 12, fast. ad a. 896 Vespasiani, cod. Vat. 6035 f. 14 Nervae; Ligorius Taur. 3 utramque, 26 Nervae; Peutinger cod. 526 f. 113', cod. 527 f. 22, cod. Monac. 24 f. 20'; Apianus 496, 4); Valli-cellianus G 47 f. 33' (inde solam Nervae dedit Mür. 447, 4 acceptam a Bianchinio); Mazochius epigr. f. 98; Cittadinus cod. Vat. 5253 f. 127'. 180. 444, cod. Marc. f. 95 et Winghius cod. Brux. I f. 9 eodemque exemplo cod. Chig. I. VI. 205 f. 62; Nicolaus van Aelst sive Alostanus in tabula aere incisa (inde Grut. 154, 4. 5), quam inventam Londinii in exemplari musei Britannici speculi Romanae magnificentiae Lafreriani misit Lippmannus photographice expressam; Gudius ad Grut. l. c. ad-

notat vidisse se Romae a. 1662; Revillas *saggi dell' Accademia di Cortona* I, 2 p. 65 aere expressit; Pratilli App. p. 23 solam Nervae. Dresselio forma litterarum tituli eius qui prostat in Capitolio aliquid suspicionis movit; accurate quominus examinetur, iam locus impedit. Praeterea potest in dubium vocari, num cippus antiquioribus apud Massimos Colotiumve visus is ipse sit qui nunc prostat in Capitolio; nam antiqua exempla numero carent praeter Vallicellianum librum, ubi est II, comparetque numerus I primum apud Ligorium, Cittadinum, Alostanum. Hos dubium non est vidisse ipsum titulum hodie in Capitolio prostantem, quocum Ligorius etiam in versuum divisione consentit, itaque eorum varia lectio abici potuit; subieci Cennini, Iucundi, Vallicelliani, qui in vv. dividendis fere convenit cum titulo Capitolino. — 4—7 om. Cenn. — 4 II Vall., om. Iuc. — 4 PONT Iuc. — MAX Iuc. Vall. — 5 POTEST Vall. — 7 CONS Vall. — ante 8 'in alia columna' Vall. — 9 AVG Cenn. — 9. 10 PONT·MAX Cenn. — 10 TRIBVNITIA Cenn. Iuc. Vall. — 11 CONS Vall. — PATER Iuc. Vall. — Titulus Capitolinus si est is ipse, quem viderunt antiqui apud Massimos Colotiumve, testimonium subscriptionis a. 1374 adiectae de origine ex Appia ita elevatur potestque etiam ad aliam viam cippus olim pertinuisse. Sed fieri potest, ut verum rettulerit Revillas et cippus Capitolinus diversus sit ab eo quem viderunt antiqui.

6814 columna miliaria Romae in Syrorum villa ad montem Marii SVAR. Hanc et sequentem posui hoc loco, ne perirent; nam quo proprie pertineant, incertum est.

.....
.. CAESAR ..
.....
NERVAE
5 H
..... S O
M V N I R I
E V P C O
III

Suaresius cod. Vat. 9440 f. 32 leguntur exesae litterae satis aegre.
In codice sic legitur: *ex auctoritate | imp. CAESAR divi | NERVAE FILII | NERVAE | TRAIANI H |SO | MVNIRI | E·V·P·CO· | III*; adscriptum est 'supplevi litteras subsecta [sic, non subducta] linea' et 'COL CIN collis Cinnae'. Haec quo spectent, non perspicio; sed partem faciunt tituli excepta fortasse ex altera parte columnae.

6815 columna miliaria ad iter Romanum SVAR.

DNI NRI
... NINI

Suaresius cod. Vat. 9440 f. 4'.
2 in codice est: 'ANTONINI non CONSTANTINI'.

XCV. AENARIA (p. 679).

Rivaziani libri quintam editionem a. 1846 factam postea excusserunt amici; item, sed nullo nostro commodo, commentariolum Francisci DE SIANO *brevi e succinte notizie di storia naturale e civile dell' isola d' Ischia impressum sine loco et anno.*

ad n. 6794. Delineatum anaglyphum reperitur (una cum n. 6789) inter tabulas paratas ad antiquitates Herculenses edendas vol. I n. 83 sic:

P · DASIMIVS · PRIMVS
NYMPHIS · V · S

ad n. 6800. Edidit primus Chevalley de Rivaz ed. 5 (1846) p. 50, ex quo sumpsit d'Ascia.

ad n. 6801. Edidit primus Chevalley de Rivaz ed. 5 (1846) p. 50, unde venit loci indicatio Asciana.

ad n. 6805. Quae hodie cernuntur, edidit Chevalley ed. 5 p. 49.

VIAE PVBLICAE REGIONVM I. III.

II. VIA APPIA (p. 682).

ad n. 6812. 6813. Quo loco inventa sit columna, tradit aequalis Flaminius Vacca in commentariorum scriptorum a. 1594 c. 67 ed. Schreiber.: *alle radici del monte Tarpeio verso il teatro di Marcello vi fu trovata la colonna milliaria, che hoggi sta su la piazza del Campidoglio, e stava in opera in quel luogo, dove fu ritrovata.* Convenit igitur Vacca fere cum aequali Ligorio; nam ecclesia S. Angeli [pro S. Agnese scribendum est S. Agnelo] in Pescaria proxima est theatro Marcelli. Itaque iam constat columnam inventam esse non loco suo, sed in opere positam in ipsa urbe; eo utrum venerit ex domo Maximorum ad campum Florae *alle colonne* (quae tamen longius distat a theatro Marcelli) an columna Maximorum a Capitolina diversa fuerit, ambiguum est. — Fabrettius in tractatu de aquis (1680) c. 48 quod scribit columnam miliariam lapidis I in Capitolium postea translata repertam esse 'in vinea nobb. de Naris, quae prima est ad dexteram exeuntibus a recenti porta sancti Sebastiani', id quo teste tradiderit saeculo post columnam in Capitolio a. 1580 collocatam, quaeritur, quaesivitque iam Revillas in comm. citato (1742) p. 89 seq.: *L' abate (Francesco) Valerio crede d' avere molti anni sono osservata nel muro, che cinge la suddetta vigna, scolpita in marmo a qualche distanza dalla porta di S. Sebastiano una memoria, la quale indicava esser quello il luogo del ritrovamento della colonna: lo che molto s' accorda con ciò che asserisce il . . . Ficononi, che lo fa vicino alla nuova casa fabbricata non sono moll' anni in detta vigna sopra la strada.* Sed ipsum eum lapidem Revillas frustra indagavit, magisque Fabrettius videtur secutus esse narrationes accolarum fidei parum certae. Temere omnino Canina, tamquam de loco inventae columnae constaret, inde portae Capenae situm determinavit (ann. inst. arch. 1853 p. 134. 144; via App. p. 35. 53).

ad n. 6819. *Nella Torre di tre Ponti piantata sul parapetto del ponte verso Sermoneta* collocat Pantanellius in schedis Praenestinis.

ad n. 6820. Pantanellius l. c. legit ~~xxviii~~ (non ~~xxviii~~).

ad n. 6829. In agro Setino 'in ponte per Appiam' collocat Pantanellius de sacro princ. Terracinae ms. p. 29.

ad n. 6849. Canina quoque (via App. p. 250 seq.) his mensuris usus est ad determinandum pedem Romanum.

ad n. 6853. Hic est opinor titulus quem loco non adscripto profert Ferrarinus Par. f. 142 in suppl. (una cum n. 6850), Reg. f. 23': IMP· CAESAR | DIVI·NERVAE | FILIVS·NERVA | TRAIANVS·AVG | GERMANICVS | DATICVS·PONTIF | MAXIMVS·TRIBVN | POTESTAT·XIII | . . .

ad n. 6868. Ed. Iannelli in actis Casertanis a. 1880 p. 60.

III. VIAE LABICANA LATINA PRAENESTINA (p. 695).

8306 fragmentum columnae marmoreae, pozzo
in una masseria fuori Porta Maggiore.

ST
PETVO
ICTO
aug

E. Huebner descripsit a. 1857.

Maxentii fuit ut n. 6881. 6882. 6886.